

בָּשָׁר
Quod

LJBER VITÆ NATURALIS Exod. XXXII. 32. indigitetur APODIXIS PHILOLOGICO-LOGICA;

Quam

Cum consensu Ampliss. Facult. Philos.
in Academia Aboënsi,
sub umbone

VIRI ADMODUM REVERENDI

Mag. JOHANNES
HAARTMAN,

Facult. Phil. b.s. Decani maxime spectabilis

PRO GRADU MAGISTERII
ventilandam proponit

S:æ R:æ M:tis Alumnus

JOHANNES WELINUS
Boreæ - Finlandus.

Ad diem, si Deo visum fuerit,
xxi Maji A:o MDCCXXIX.

ABOÆ, cum Acad. litt.

S:æ REGIÆ

MAXIME FI-

PERILLUSTRI atq; GENEROSISSIMO

DOMINO BARONI

Dn. OTTONI

REINHOLDO

ÜXKULL,

GENERALI MAJORI longe præcellen-
tissimo, per Aboënssem & Biörnebur-
gensem provincias, ut & præfe-
cturam Alandicam GUBERNA-
TORI Excellentissimo,

Patrono & Macenati Summo,

Lydius auratas Hermus
Quive Tagi fulgas po-
Aurea Pactoli fuerint queis
Mygdonisque Midæ locuples

M A J E S T A T I S
DEI VIRIS,
REVERENDISSIMO in CHRISTO
PATRI ac DOMINO
D. LAURENTIO
TAMMELIN,

Diœcœsos Aboënsis EPISCOPO Eminentissimo; Academiæ ejusdem PRO-CANCELLARIO Magnificentissimo,
Venerandi Consistorii Ecclesiastici Præsidi longe Gravissimo,

Promotori Maximo.

queis volvit arenas,
terint reperire saburras,
stagna rubentis,
alimonia fulgent;

Maxima cum magnos deceant, magnatibus
amplis
Munera largiri suescunt opulentia Crœsi;
Ast ego non Arabum circum suo thuris
acervis,
Nec mibi Panchaii globuli, Nabathæaque
grana,
Quæ foribus vestris clarisque advolvere
portis
Quæs suffire simul splendentia limina
possem:
Et cum debuerim dulcem præbere racemum
Pro tempestivâ prodit jam pampinus uva.
Propterea quæso faciles convertite vultus
Ad nostros, qui jam veniunt ante ostia,
fasces:
Et licet haud docto natet hec mea charta
colore,
Sublevet ipsammet vestri tamen aura fa-
voris.
ccu vovet
Maximorum nominum Vestrorum
Deuotissimus cultor
Joh. WELINUS.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

ILLUSTRI & GENEROSO DOMINO,

Dn. ANDREÆ MUNSTERHIELM,

Supremi Dicasterii Aboënsis in Fen-

ningia **VICE - PRÆSIDI**

Præcellentissimo,

PROMOTORI MAGNO.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

ILLUSTRI & GENEROSO DOMINO,

Dn. ERICO STIERNWALL,

Supremi Dicasterii REGNI, quod in

Finlandia est, **CONSILIARIO ion-**

ge gravissimo,

PATRONO OPTIMO.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO &c. CON-
SALTISSIMO DOMINO,

Dn. CAROLO LILIESTIERNA,

Supremi Dicasterii Aboënsis **ADSSES-**
SORI gravissimo,

PATRONO CERTISSIMO.

Quod hanc qualemcumq; opellam magnis
Nominibus Vestris sacram esse cupiam,
facit submissa illa, quam nobis Patronis de-
beo obseruantiam ; quam ut alto apud me
usq; adhuc suppressi silentio, ita jam reli-
gioni mihi duxi, presenti occasione inter-
mittere, quo minus illam palam significa-
rem. Tanta quippe favoris in me vestri
conspicua sunt vestigia, adeo ut numerum
incurrisse viderer ingratorum , nisi hoc
qualecumq; mee in vos reverentie extare
fecisset signum & indicium; quod si equi
boniq; consuleritis, in maxima felicitatis
parte ponam. Proinde summa votorum
meorum erit, ut per longam annorum se-
riem sospites conservemini, in nobilissimi-
rum familiarum vestrarum fulcra & e-
molumenta , asylaq; vestrorum , quibus
me connumeratum spero, clientolorum o-
mniuum.

Magnorum Nominum Vestrorum

Humillimus cultor

Joh. WELINUS.

VIRO

*Admod. Reverendo atq; Praclarissimo
DOMINO ,*
Mag. GEORGIO STÅHLBERG,
Ecclesiæ, quæ Deo Raumœ colligitur,
Præposito longe meritissimo, fautori
& Euergetæ propensissimo.

VIRO

Nobilissimo atq; Amplissimo

DN. SAMUELI FORSEEN,
Secretario Provinciali sollertissimo, Fau-
tori omni officiorum genere
æstatem suspiciendo.

Pro magno illo, quo me nullo non
tempore amplecti voluistis, favore,
hoc qualecunque hebetioris ingenii
specimen, cum secularis & æternæ fe-
licitatis appreceptione amplis nomi-
nibus vestris observanter dedicat

Auctor & Respondens.

Morum, & litterarum elegantia
ornatissimo,

atq.

Clarissimo Philosophiae Candidato
Dn. JOANNI WELINO

De LIBRO VITÆ,


Pro Laureâ Philosophicâ eru-
dite differenti,
EPIGRAMMA.

Quo liber hic genio? referat quid?
perlege lector?

Tu merito vita dixeris esse
librum.

Sic festimanti catamo
gratulari voluit

JACOBUS de L'ECLUSE.



הוֹרְנִי וּהָוֶה רַרְכֵךְ אַהֲלָן בְּאַתְּמָה

בְּגָמְבָּעָה.

Aureum hoc.
ce Rabbinorum
apophtegma &
אנ בתורה אפויו אוֹתָן
אתחת שאן גרים גרוילים תלאים כה
quod ne una quidem sit in lege littera,
et qua non dependeant magni montes, tam
certe est verum, quam quod veris-
simum. Quocunque enim sacris in
pandectis lumina nostra converteri-
mus, in sententiarum momentis in-
gentia rerum pondera delitescere
conspicimus. Ac utut summum Nu-
A mea

men in iisdem s^epenumero videatur
 συγκαταβαίνειν, seqve imbelli nostro
 captui adtemperare; nihilo tamen
 minus reperiuntur in illis δυσερη-
 νευμα καὶ δυσνόητα τίπα, adeo ut in
 indagando eorum genuino sensu no-
 stri s^epiuscule lippiant cœcutiantq;
 oculi. Hinc est, quod circa unum
 eundemq; locum tot nonnunquam
 conspiciantur expositionum turmæ,
 tot diversa diversarum sententiarum
 plastra, tot deniq; controversiarum
 trochileæ, quot fere exstiterint cri-
 ticorum capita. Inter vexatissima,
 vero illa Sacrae S. loca cum & hic
 reperiatur, quem præsentis opellæ
 præ se fert rubrum ac frontispicium,
 placuit illum sub incudem & examen
 vocare. Cujus genuinum sensum pro
 qualicunq; ingenii & judicii nostri
 modulo eruere & indagare, per di-
 vinam gratiam, dum molimur, B. L.
 majorem in modum sollicitamus,
 ut, qvi suus est candor, velit præ-
 senti nostro instituto favoris sui pon-
 dus addere, illudq; in partem inter-
 pretari meliorem.

Quo vero illud eo institui possit
 commodius, sedet animo ipsum tex-
 tum heic consignare authenticum,
 ita audientem: **תְּהִלָּה אֶלְעָזָר חֲנַתָּה וְאֶל מִצְרָיִם**
מִתְּחִתָּה וְאֶל מִצְרָיִם Exod. XXXII. 32.
 Syro Interpreti oratio hæc visa est
 elliptica & defectiva, quasi lacuna
 quædam in illa appareret; ita ergo
 putavit illam supplendam: *nunc fe-
 dimittis illis peccatum illorum, bene qui-
 dem; alioquin expunge me ex libro tuo,
 quem scripsisti.* cuius fundamentis ni-
 titur etiam nupera translatio Dan-
 ca. Ita vero LXX interpretes: *καὶ
 οὐ εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν αμαρτίαν
 αὐτῶν, ἀφεῖς εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψόν τους
 εἰ τῆς βιβλίας σα, τὸς εἴρεψας.* Seb.
 Schmidius ex versu priori conne-
 xionem petendam putat, atq; hoc
 modo reddit: *attamen (quæso;) fa-
 remittas peccatum eorum! si non: dele
 me quæso e libro tuo, quem scripsisti.* Sue-
 cus translator Lutherum secutus est,

4
sicq; hunc exposuit versum : Nu
förlåt them theras synd : hvar icke,
så strapa mig och utu tine boof , som
tu strifwit hafwer. Cujus vestigiis
etiam insistit translator Fennicus.
Quicquid sit: oratio est votiva , ut
apparet omnibus pie legentibus.

§. II.

Cumq; his ipsis in verbis mentio
fiat *libri* a Deo *scripti*, primo omnium
necessae est, observemus Deo adscribi
posse *librum*, non *proprie*; est enim o-
mniscius, nec ad rerum cognitionem,
cōservationē & dispositionē, ullo opus
habet vel scientiæ vel memoriæ sub-
sidio. Apposite admodum de hac re
Judæi, teste Hakspan. Syll. Disput.
p.m. 312. כוֹן צוֹק כְּפָר כִּי
רוּדֵע הַמְחַשְׁבָּת אֶלָּא כְּמַנְהָגָן
רַבְּרוֹת תּוֹת בְּלִשּׁוֹן בְּנֵי אֶרְךְ
i. e. ipse non indiget libro; quia novit
cogitationes; sed secundum dictum no-
strum loquitur lex modo loquendi filiorum
hominum. Nempe per metaphoram sum-
tam vel a libris memorialibus, quibus in-
scri-

scribere solemus omnia, quorum
oblivisci nolumus; cuius exemplum
est ille סְפַר הַכְּרֻנוֹת liber memo-
riae Esth. 6. 1, vel a collegiorum civita-
tumq; ~~matriculis~~, in qvibus inscripti,
membra collegii vel civitatis con-
stituuntur, jusq; privilegiorum atq;
immunitatum nanciscuntur.

§. III.

Diversos deinde notamus libros à
diversis adscribi Deo, quorum diver-
se notiones ex varia objectorum
consideratione resultant, qviq; eam
ob causam non subjective & mate-
rialiter, sed objective duntaxat &
formaliter inter se differunt. Sic
dicitur liber generalis & specialis, liber
providentiae, judicii, principatus, scriptu-
ræ, nasciturorum, viventium, mortuorum;
salvandorum, vita, qvi subdistingui solet
in librum vita gratiæ, gloriæ & tem-
poralis. de quorū puta libroru postre-
ma acceptione impræsentiarum a-
gimus, qvi nihil aliud est, quam ex-
actissima, simplicissima & circumstantia-
lis

lis omnium naturatis vita humana dierum
in intellectu divino notitia, a certo ob-
jecto, vita scilicet hominum, tiber
vita dictus: ut Psal. 139. 15, 16. Non de-
nuit te os meum, cum factus sum in occu-
to: formatus sum in inferioribus terræ. Glo-
mūs meum viderunt oculi tui; Et super
libro tuo omnes scripti sunt dies, (qui)
destinati sunt, cum nec unus (eisset) de
illis: ita etiam hoc in loco. Sed for-
te sub judice videatur adhuc lis esse
pendens, de quo in textu agatur li-
bro.

§. IV.

Dispiciendum itaq; nobis porro
erit, ex quo libro, post ~~υστρολα-~~
~~ηρά~~ illam Israëlitarum precatus sit
deletionem Moses. Fatemur hoc in
puncto & momento plurima sese
nobis offerre sententiarum examina,
usq; adeo, ut cogitationibus tan-
tum non incerti fere fluctuem⁹, quam
cui præferendam censemus. Lo-
cum hunc quidam de deletione ex
libro electorum sive vitæ gloriose
in-

intelligendum putarunt ; sed cum subolferent hanc assertionem , ut
pote duriusculam , non omnibus iri
probatum , variis illam expositioni-
bus mitigare & lenire allaborarunt .
Augustinus locum hunc ita exponit ,
ac si Moses ex ingenti quadam divi-
næ familiaritatis securitate in hæc
verba eruperit ; a tota disjunctiva af-
firmative cum destructione unius
partis ad alterius partis positionem
argumentando . *Alii* autemant Mo-
ses ex comparatione propriæ fragi-
litatis cum flagitio populi semet i-
psum dignum agnovisse , qui dele-
retur ; quod tamen cum non futu-
rum speraverit , concluserit quoque
ad Dei erga populum conniventiam ,
parium parem rationem esse dicens .
Alii prætendunt hoc non esse acci-
piendum pro tali sensu , qualem ver-
ba nude & simpliciter fundunt , sed
secundum tropum hyperbolicum ,
pathetica hac locutionis figura affe-
ctum & desiderium rei petitæ expri-
mentem . *Bernhardus* existimat Mo-
ses nihil aliud deprecatum , quam
foli-

solitarium in vitam ingressum; flagitando, ut omnes pariter atq; ipse gloriæ quam sibi pollicebatur, fierent participes. *Rabbi Moses Gerundensis* hanc ingreditur sententiam, quod nempe Moses magis nimio charitatis oestro percitus, quam prævia deliberatione rationis talia proflulerit. Verum enīm vero, cum omnes hæ expositiones pro limitanda & lenienda aliquantulum deletione ex libro gloriæ, nimis videantur coactæ, in contextum injuriæ & inconvenientes, easdem prorsus rejicimus, eliminamus, exterminamus.

§. 7.

ADhuc plura alia reperiuntur sententiarum divertia, quæ succincte duntaxat perstringere sufficiat. *Rabbi Salomon Jarchi* Mosen heic librum legis intelligere existimat; verum cum Pentateuchus Mosis nondum erat in litteras relatus, & כתבָת in textu

nostro secundæ personæ præteritum
est, inferimus igitur in librum legis
hoc ipsum quadrare non posse, sed
alium huic præextitisse, cui se Mo-
ses inscriptum dixit. *Lombardus, Basa-
nus & Hugo Cardinalis* librum vite gra-
tiosa heic intellectum volunt, adeo
ut maluerit Moses favore & gratia
divina excidere, quam populum in
perniciem vocari. *Thomas Cajetanus*
intelligit librum *principatus* sive bero-
um illustrium, ex quo Moses prius ex-
pungi & obliterari maluerit, quam
ut Israëlitæ exitio darentur. *Grotius de*
felicitate hujus vitæ exponit : ve-
rum, licet à nonnullis hæc, quarum
quadantenus numerum vel ex *Mei-
sneri Anthropologia*; vel ex *Phil.
Mulleri Dissertatione*: *Nomen in*
cælis scriptum; vel ipsis etiam au-
toribus inivimus, admittantur sen-
tentiae; attamen cum hæc arri-
xgates yeaQns dicantur omnia, adeo-
que qvia cum ipso contextu, ut are-
na sine calce videatur convenire, me-
rito suo, eadem prorsus improbatius;

MAgis igitur veritati consentaneum videbitur, si statuamus heic intelligi deletionem ex libro *vita naturalis*, imprimis cum prægnantes existant rationes, quæ id ipsum suadere, nosq; suas in partes trahere videantur. Verbum enim **מְחֹורָת** *delere* potissimum notat status & *vita* temporalis, per mortem immaturam, factam perniciem, qvi sensus ex similibus verbis Mosis de proclivi erui potest Num. II. 15. **וְאַם כִּכְהֵן** **אֶת־אַשְׁדָּה חֲרֵג** *li rogen* *nasa* *charag*
*& si ita tu faciens mibi occide me quia se
occidendo, quam loquendi formam &
modum nostro **מְחוּרָה** æquivalere
observarunt erudit. Accedit & hoc,
quod verbum **לְבָנָה**, quo Deus ipse
in comminatione poenæ, versu 10,
textum nostrum præcedente, utitur,
raro & vix aliam, quam physicam
consumptionem denotet, quod ex Lev.
9. 24. Jud. 6. 21. 1 Reg. 18. 38. 2 Chron.
7. 1. & aliis locis innumeris, ubi de*

ho-

holocaustorum crematione agitur, satis superq; patet. Dum vero supernaturalis quædam consumtio indigitatur, solet per לְשׁוֹן expiri, quemadmodum Psalm. 49. 15. est cernere. Cum ergo certum sit, Mosen non aliam quamplam deletionem precatum, quam quæ pœnæ interminationi erat consona, hanc vero temporalem fuisse, partim antecedentia evicerunt, partim etiam sequentia obtinebunt; tuto igitur cuncludimus, illum non aliam, quam deletionem ex libro vittæ naturalis heic subaudivisse. Hoc ipsum insuper ex cōminate 10. פָּתָח. מִזְמָרָתָךְ appareret, ubi DEUS: אֶכְלָמָד תַּשְׁעַנְיָה וְאֶתְתָּךְ לְדוֹי נְהִירָה consumam eos, te autem faciam in genitum magnam; qvibus in verbis cum deletione sive consumtio multiplicationi temporali opponatur; seqvitur ergo, de ejusdem generis deletione heic esse sermonem.

§. VII.

IN robur & stabilitatem assertionis no-

nostræ & hoc tandem quasi ex super-
 fluo adjiciemus, quod multi in ca-
 stris Israëlitarum reperiebantur im-
 puberes & infantes ~~etiam~~ plane
 ignari, qui non potuerunt læ-
 vam a dextra dignoscere : plurimi
 insuper, qui cultui idololatrico non
 consenserunt, quod ex omnium Le-
 vitarum ad Mosen congregatiōne,
 audito illius clamore, מֵלֹה
 vers. 26, haud obscure patescit. Ex
 quo colligimus, Deum & Mosen (de
 una enim eademq; deletione utri-
 que sermo est, cum interrogativa &
 redditiva, genere sibi per conveni-
 ant) de obliteratiōne ex libro glo-
 riæ minime gentium loqui ; siqvi-
 dem universum populum voluit de-
 lere, in quo multi fuere innocen-
 tes, qui patrum suorum iniquitatem por-
 tare non debebant Ezech. 18. 19. anima
 enim quæ peccavit ipsa morietur. Qua-
 tamen eorum integritate non ob-
 stante, contendimus eos paterno-
 rum criminum poenas temporales
 luere & potuisse & debuisse ; quod
 ipsum ex Exod. 29. 5. manifestum e-
 va-

vadit, ubi \rightarrow in $\Delta\pi\sigma\tau\omega$ non ad proximum, qvin potius ad remotum referendum est subjectum, quod $\omega\varsigma$ in $\pi\alpha\rho\delta\omega$ contra morem communem monuisse sufficiat.

§. VIII.

Sic igitur confirmata atq; in tuto posita assertione nostra, reliquum est, ut $\delta\epsilon\pi\epsilon\pi\alpha\varsigma$ $\epsilon\pi\alpha\pi\alpha\varsigma$ paucis confutentur, *Willetus* cum multis aliis audacter prætendit, per hanc *deletionem*, mortem temporalem intelligi non posse, quam suam hypothesis ex verbis ipsius Dei, *qui peccaverit illum delebo*, incrustare satagit: cum enim nec justi & pii naturalem corporis & animæ $\alpha\nu\alpha\lambda\nu\sigma\pi\pi$ subterfugere possint, de qvibus tamen Paulus Rom. 8. 1. omne $\kappa\alpha\tau\alpha\pi\mu\alpha$ tollit; seqvi igitur putat mortem temporalem heic intelligi non posse, cum illi duntaxat dicantur deleri, qvi peccant. Verum, cum Summo Numinis de nullo alio præterquam præsenti

hoc

hacce Israëlitarum flagitio heic sermo esse videatur, adeoq; hæc deletionis interminatio non ultra cultum illum vitulinum sit extendenda,
 rāv auōō Willero suum largimur argumentum, sine ullo theseos nostræ detrimento & vulnere. Augustus Pfeifferus existimat per librum Dei intelligere Mosen catalogum electorum, ita tamen ut nec optet sese ex eo simpli- citer expungi, nec putet semel inscriptum expungi posse; verum, ut, ratione ab im- possibili petit, conetur suis veniam impe- strare. Quæ expositio satis quidem commoda videretur, nisi ipsius Dei categorice concepta obniteretur re- sponsio, quæ si de libro gloriae accipiat- tur, non decretorum divinorum auera- mediarum mutabilitatem mode, verum etiam actionem quandam reflexi- vam essentiæ divinæ contrariam in- volveret. Excipit quidem Pfeifferus ur- gendo, hanc loquendi formam coin- cidere, cum Psal. 69. 29. עַד צָרוּי־אֱלֹהִים — ibi hæc adeo ut receperit Deus præfracte & finaliter peccantes se justis non connumeraturum; verum,

Nicet hanc phrasium æquipollentiam
non adeo impugnemus, cum tamen
hæ deletionem *negativam* importent,
Mosisq; votum de *privativa* agat; dis-
conveniens igitur hæc videtur esse
explicatio, qvippe quæ precationis
& responsionis congruentiam infrin-
git. Et si vel maxime statueremus
Deum etiam de deletione *privativa*
locutum, tamen in ipsius æque ac in
Mosis verbis conditio, *si duæteri*,
subaudiri debet. Si igitur jam utrin-
que per conditiones agatur, tum
hunc in modum fluit contextus:
dele me de libro gloriæ sive catalogo ele-
ctorum, si possibile est: Et c. qui peccave-
rit, illum, si fieri poterit, delebo. Quor-
sum cum illis possibilitatis phrasis-
bus? cum igitur illud utrinque im-
possible fuerit, Deoq; sententia ste-
terit populum delere, necessum est,
ut ad aliam ex alio libro deletio-
nem, qui vitæ naturalis audit, heic
sit recurrendum, cum cæteroq; in
vel ex intentione divina, ultra hy-
potheseos & possibilitatis terminos
res non fuisset perducta. Huc per-
tinent

tinent hæc Henrici Mulleri , Theologi quondam Rostochiensium celeberrimi : in parvis Bibliis ejus ad hunc locum. Weil nicht ohn
 noht eine hyperbolische redens=art
 der schrifft anzudichten / auch nicht
 glaublich ist / das Moses , der Ver=
 traute freund Gottes / ihm selbst
 den ewigen tod / das ist / die ewi=
 ge trennung von Gott werde ge=
 wünschet haben / so verstehen wir
 durch diß Buch Gottes / nicht das
 Buch des ewigen / darinn die na=
 men der auferwehlten / sondern des
 zeitlichen lebens / darinn aller men=
 schen namen geschrieben sind / und
 will also Moses lieber selbst durch den
 zeitlichen tod aus diesem leben hin=
 gerissen werden / als zugeben / das
 sein volck in sünden hingrissen / ewig
 verdamt werde. In dieser mernung
 bekräftigt mich / was Gott zu Mo=
 se sagt Deutr. 9. 14. וְנִתְבָּנֶה כְּבוֹד
 שֵׁם יְהוָה בְּעַמְּךָ וְיִהְיֶה שְׁמוֹ
 nomen eorum de sub cœlis
 das

das ist / und sie nicht mehr leben /
 oder unter dem himmel wallen lasse.
 Weil aber bei solchem zustande des
 volks an ihrem zeitlichen ihr ewiges
 verderben hieng / will Moses lieber
 seine walfahrt endigen / und unter
 die erde friecken / als seinem volk
 das ewige verderben / samt dem
 zeitlichen gönnen. Mit einem wort.
 Er wil gern sterben / das nur dem
 sündigen Volke zeit zur buße gege-
 ben werde. Ita hunc locum ex-
 plicandum docuit quarto seculo B.
 Hieronymus. Ita exponendum in-
 nuit B. Gerhardus , ad Matth. Cap.
 7: 12. hisce verbis: *Moses per quem
 legis de diligendo proximo facta est pro-
 mulgatio, suo exemplo eam sic declaravit,
 quod animam pro salute proximi ponere
 debeamus, quando de libro vite deleri,
 quam populum interire maluit.* Hunc
 sensum tenet nuperior translatio
 Danica in suis Glossis. Nee ab hoc
 plane alienus est Baltz. Meissnerus
 in sua Anthropologiae p. m. 194. ut
 alios taceam. Quod omnino de-

nulla alia deletione heic agatur,
quam, quæ delinquentibus Israëlitis
in vicem pœna crat irroganda, ne-
mo certe cum ratione negare pote-
rit; argumentor cum supra nomi-
nato B. Phil. Mullero :

De qua deletione Deus Mosis re-
gescit, de eadem Moses precaba-
tur, atqvi de deletione ex libro
vitæ naturalis Deus respondit ;
Ergo :

§. IX.


Purimis qvidē nobilē hanc mate-
riem ulterius perseqvi animus esset,
officii quoque ratio exigeret, ut a-
lia etiam contradictiorum argumen-
ta succincte perstringeremus; verum
cum accisa & curta niūium suppel-
lex scribendi fervorem retardet,
filo & tela scriptionis ulterius dedu-
cenda impræsentiarum supersede-
mus, nostrisque heic jam colopho-
nem laboribus imponimus, firma
spe freti, fore, ut benevolus Le-
ctor

ctor, quæ a tenuitate nostra proficiisci potuerunt ingenii tentamina, æquique bonique consulat. Et ita jam manum de tabula.

COROLLARIA.

1. *Studium Hermeneuticum ad intelligendos autores & sacros & profanos est necessarium.*
2. *Nulla vero est disciplina, qua Hermeneuticus data occasione non habeat opus.*
3. *Locutiones hyperbolicae in rigore & exactitate sua acceptæ propositionibus Scriptura & auctoritatibus affungi nequeunt.*
4. *Axiomata votiva & imperativa pro logicis habenda non sunt.*
5. *In locis pugnantibus interveniente tertio aliquo conciliatio optime peragitur.*
6. *Dantur in scripturis vulgares loquendi formulæ.*

ברור יהוה אלהי ישראל
סחעלם וער העולם אמן ואמן



FELICITATION
à MONSIEUR le CANDIDAT
JEAN WELIN,

*Sur sa belle, & savante Dissertation,
 Du Livre de vie.*

Qui paroît à mes yeux, quel est cet étalage ?
 C'est du Livre de vie, un excellent ouvrage,
 Ecrit, et composé d'un style aisé,
 savant,
 Poli, doux, persuasif, exact, clair,
 et coulant.
 La Dissertation, d'une éloquente plume,
 Fait voir que son auteur a lù plusieurs volumes,
 Parcouru des Latins, et même des Hebreux,
 Mains Livres estimés, et mains Livres fameux.

PAY

Par ceux où acquiert la science, et
l'estime,
On a l'esprit fecond, le génie subli-
me,
Ils font enfin monter aux suprêmes
bonheurs,
Et recueillir en paix de nos tra-
vaux les fleurs.
Les Livres feuilletant avec plaisir,
et joie,
On trouve de la vie, et la route, et
la voie,
Dans le Livre de vie, a jamais
soit écrit
Ton nom, C'est le souhait, que mon
cœur a produit!

Ces lignes écrites à la hâte
sont le témoignage de la sin-
gère amitié, que Vous porte
votre Ami

JEAN GRÅ.
Fils de MARTIN.

MONSIEUR.

Ayant appris, que vous allez
mettre, au jour vòtre beau,
et savant traité du Livre de vie,
je ne puis laisser passer cette belle
occasion, sans joindre ma voix
a plusieurs autres, qui vous feli-
citent, aussi bien que moi; ain-
si je souhaite, q̄s appollon, et
les Neuf soeurs vous donnent,
dans peu, une recompence pro-
portionnée a vos merites, cou-
ronnans vòtre docte tête de Lau-
riers, ce sont les voeux.

MONSIEUR

de
Vôtre très obeissant Servi-
teur.

JEAN HENRI SVAHN.

*Clarissime Domine Candidate
Mi Præceptor plurimum hono-
rande.*

Mei equidem jam esset officii,
ut apte composita oratione
meum testarer gaudium, dum,
Præceptor charissime, secundum
procedis, documentum doctrinæ
tuæ editurus, sed cum id præsta-
re nequeam, hisce ergo meam
tantum significabo oblervantiam,
vovens huic & omnibus propo-
fitis tuis prospera quævis, & ut
brevi corona laurea cingaris,
quam studio affectasti: ego No-
minis Tui ero, dum vivo

Observantissimus
JACOBUS HAARTMAN,
JOH. Fil.

